

CICERONE, VERRINA II 5, 1-4

At est bonus imperator... Ita causa constituitur, provinciam Siciliam virtute istius et vigilantia singulari dubiis formidolosisque temporibus a fugitivis atque a belli periculis tutam esse servatam. Quid agam, iudices? Quo accusationis meae rationem conferam? Quo me vertam? Ad omnes enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur... Novi locum; video ubi se iactaturus sit Hortensius. Belli pericula, tempora rei publicae, imperatorum penuriam commemorabit; tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro suo iure contendet ne patiamini talem imperatorem populo Romano Siculorum testimoniis eripi, ne obterere laudem imperatoriam criminibus avaritiae velitis. Non possum dissimulare, iudices: timeo ne C. Verres propter hanc eximiam virtutem in re militari omnia quae fecit impune fecerit. Venit enim mihi in mentem in iudicio M'. Aquili quantum auctoritatis, quantum momenti oratio M. Antoni habuisse existimata sit. Qui, ut erat in dicendo non solum sapiens sed etiam fortis, causa prope perorata ipse arripuit M'. Aquilium constituitque in conspectu omnium tunicamque eius a pectore abscidit, ut cicatrices populus Romanus iudicesque adspicerent adverso corpore exceptas; simul et de illo vulnere quod ille in capite ab hostium duce acceperat, multa dixit eoque adduxit eos qui erant iudicaturi, vehementer ut vererentur ne quem virum fortuna ex hostium telis eripuisset, cum sibi ipse non pepercisset, hic non ad populi Romani laudem, sed ad iudicium crudelitatem videretur esse servatus.

1. Cicerone dà qui spazio a una certa spettacolarità teatrale delle cause antiche, per la quale restano celebri, in ambito greco, il cosiddetto "processo delle Arginuse" (lo ricorda Senofonte nelle "Storie elleniche"), o – in altra forma – il (probabile) processo subito da Frine. Cosa conosci dell'una e dell'altra vicenda? (limitarsi ai dati congruenti alla situazione ciceroniana, p.f.)

2. In che cosa il seguente racconto di Livio mostra una somiglianza con la situazione descritta da Cicerone (dimostrando così che si tratta probabilmente di un semplice *cliché* narrativo)?

Magno natu quidam cum omnium malorum suorum insignibus se in forum proiecit. Obsita erat squalore vestis, foedior corporis habitus pallore ac macie perempti; ad hoc promissa barba et capilli efferaverant speciem oris. Noscitabatur tamen in tanta deformitate, et ordines duxisse aiebant, aliaque militiae decora volgo miserantes eum iactabant; ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices adverso pectore ostentabat. Sciscitantibus unde ille habitus, unde deformitas, cum circumfusa turba esset prope in contionis modum, Sabino bello ait se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, aes alienum fecisse. Id cumulatam usuris primo se agro paterno avitoque exuisse, deinde fortunis aliis; postremo velut tabem pervenisse ad corpus; ductum se ab creditore non in servitium, sed in ergastulum et carnificinam esse. Inde ostentare tergum foedum recentibus vestigiis verberum. Ad haec visa auditaque clamor ingens oritur.

Livio qui riporta un aneddoto relativo ai disordini che portarono alla sospensione delle magistrature ordinarie e alla nomina dei decemviri (II, 2).

3. Sempre in relazione all'aneddoto ciceroniano, l'oratore introduce il discorso di Antonio (*oratio M. Antoni*) con una formula piuttosto enfatica, (*habuisse existimata sit*). Perché usa il congiuntivo per il

verbo reggente? Non poteva dire semplicemente *habuerit*? Che idea vuole convogliare al suo lettore/ascoltatore?

4. *Non solum sapiens sed etiam fortis*: pensi che ci sia dell'ironia nella presentazione di Antonio?